



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XCL. Bolrad, Bischof von Brandenburg, befundet, daß er die Pfarreinkünfte der Kirche zu Bochow durch Verbindung des Pfarreinkommens aus dem dem Dorfe Bochow einverleibten Dorfe Klein-Kreutz ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

XC. Markgraf Hermann erteilt seinen Consens dazu, daß die Kirche zu Klein-Kreuz von der Mutterkirche zu Groß-Kreuz getrennt und mit der Kirche zu Borchow verbunden werde, am 29. August 1300.

In nomine domini amen. Hermannus, dei gracia marchio Brandenburgensis et dominus de Hennenberch, vniuersis cristi fidelibus presens scriptum visuris salutem in domino sempiternam. Cum Reuerendus pater dominus vulradus, brandenburgensis episcopus, ecclesiam ville, que minor crucewiz dicitur, a filiacione matricis ecclesie ville nostre, que maior crucewiz appellatur, segregare et parochie ecclesie bochowe, ville cenobii Leninensis, adunare disponens, quem ad modum sui iuris esse dinoscitur, nostrum super hoc ratione iurispatronatus requirere dignetur assensum, Nos votiuis precaminibus venerabilis domini Joannis abbatis totiusque capituli Leninensis monasterii benignius annuentes, dictarum ecclesiarum coniunctionem disiunctionemque modo prenotato ratificamus beniuolo cum consensu, Ita vt domino plebano h. in crucewiz de hac subtracto luce dominus Abbas ac conuentus de lenin dictam ecclesiam bochowe villa minoris crucewiz sibi taliter annexa cuiusque clerico digno more iurispatronatus porrigere liberam habeat facultatem, Qui quidem plebanus de bochowe substituendus ipsam parochiam taliter acceptabit, quod in commemorationem animarum pie memorie patris mei Ottonis, quondam Illustris principis, Marchionis Brandenburgensis, ac progenitorum nostrorum duas uel tres in singulis hebdomadis missas pro defunctis deinceps tenebitur fideliter in eadem ecclesia iugiter celebrare, excepto dumtaxat si dies festiui in aliqua septimana hoc impediunt faciendum, Verum tamen hanc Missarum obligationem non pactione condicionis illicite, sed deuotione affectionis voluntarie censuimus adhibendam. Cuius rei testes sunt: Dominus Buffo de barboy, Dominus Hermannus de barboy, henricus ac frater eius fredericus dicti de Aluenfleue, Balduinus stormerus, Drovseke, milites et alii quam plurimi fide digni. Vt igitur nulli omnino de nostra huius facti ratihabitione consentanea subrepat ambiguitas, has litteras inde conscriptas sigilli nostri impressione duximus roborandas. Datum Berlin per manum notarii nostri domini Conradi. Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. In festo decollationis sancti Johannis Baptiste.

Nach dem Original des Geh. Staats-Archives.

XCI. Volrad, Bischof von Brandenburg, befundet, daß er die Pfarreinkünfte der Kirche zu Borchow durch Verbindung des Pfarreinkommens aus dem dem Dorfe Borchow einverleibten Dorfe Klein-Kreuz vergrößert habe, am 15. October 1300.

Volradus, dei gracia ecclesie Brandenburgensis episcopus omnibus cristi fidelibus presentes litteras visuris salutem in domino. Cum pontificalis interfit auctoritatis, ecclesiarum sue diocesis vnio et sequestratio secundum sacrorum canonum sanctiones, Nos itaque attendentes ecclesie ville bochowe tam tenues atque exiles esse prouentus, vt ad plebani congruam ac honorificam sustentacionem atque ad alia, ad que de iuris rigore compellitur, exsoluenda, minus sufficere videantur, votiuis precibus venerabilis patris domini Joannis abbatis totiusque conuentus in lenin liberaliter inclinati, obuentiones ville minoris crucewiz in predictam bochowe villam translate,

in eandem parrochiam, videlicet bochowe, cum vniuersis redditibus et iuribus parrochialibus transferimus ac pariter addonamus. Nam super hoc dicti scilicet abbas et conuentus de lenin Illustris principis H. marchionis Brandenburgensis patroni ville, que maior crucewiz nuncupatur, consensum voluntarium impetrarunt. Ne igitur in hiis tam rite concessis alicui in posterum valeat dubietatis scrupulus suboriri, has litteras nostre recognitionis et publice protestationis sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Brandeburch Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. V<sup>o</sup>. ydus Octobris, Pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

Anm. Den Zweifel, welchen die Schreibart der Jahreszahl gestattet, ob das V<sup>o</sup>. zu anno oder ydus gehöre, hebt die Angabe des vierten Jahres des Pontificatus, wornach die Urkunde, da Bischof Volkst die Stifftsregierung schon 1296 übernahm, in das Jahr 1300 gehört.

**XCII.** Markgraf Hermann schenkt dem Kloster Lehnin zu seinem Seelenheil Gebungen aus Bartoldstorf, im Jahre 1302.

In villa Bartoldistorp XIV frusta duri frumenti Hermannus Marchio dedit in remedium anime sue et progenitorum suorum A. 1302.

Altes Verzeichniß Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 333.

**XCIII.** Johann und Friedrich, genannt die Burggrafen, verkaufen die Stichtmühle bei Grabow dem Kloster Lehnin, im Jahre 1303.

Stichmolne prope Grabow Johannes et Fredericus dicti Burggrauui monasterio in Lenyn vendiderunt pro XLII marcis Brandenburgensis argenti et ponderis A. 1303.

Altes Verzeichniß Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 331.

**XCIV.** Erzbischof Burchard von Magdeburg schlichtet einen Streit des Abtes Johann von Lehnin mit dem Ritter Johann von Trebbin über Zugehörungen von Stangenhagen, am 8. April 1305.

Nos borchardus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus omnibus, ad quos presens peruenerit, Salutem in vero salutari. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod constituit coram nobis venerabilis dominus Johannes abbas de Lenin et Johannes miles dictus de Trebin, ministerialis nostre ecclesie, presentibus et suis amicis, domino aluerico de grabowe, decano sancti Nicolai in Magdeburg, Ottone milite de pouch, Johanne milite de vrekeleue et aliis quam pluribus pro quibusdam terminis agrorum et nemoris, quod Straz uocatur uille Stangenhagen adiacentibus contenderunt. Dictus vero abbas litteras ar-